

4

Utrum Tribunal Sanctae Inquisitionis  
cognoscere possit causas perti-  
nentes ad seditionem.

12

Ratio dubitationis est, quia S.<sup>o</sup> Tribu-  
nali siue de Iure, siue ex privilegio  
ea solum causa competunt, qua respi-  
ciunt haeresim. unde animaduertimus  
ab eis non nisi haereticos, aut de haeresi  
suspectos puniri: at uero in seditione  
nulla apparet haeresis, aut eius suspicio,  
quare non uidentur seditiosi posse à S.<sup>o</sup>  
Tribunali puniri.

At uero <sup>si tamen</sup> res bene perpendatur, oppo-  
situm omnino asserendum erit, quocirca  
Dico 2.<sup>o</sup> seditionum causas subesse iuris-  
dictioni Tribunalis Sanctae officij.

Ad hanc conclusionem firmandam multi  
multa doctè, atque eruditè congererunt,  
quorum rationes libens praetermitti. dus-  
sus solum fundamentis innitar, quorum  
alterum est auctoritas Ecclesiae, alterum

u. conuexis, quam seditiones habent cum  
haeresi, seu occasio proxima, quam seditio-  
nes praebent ad haereses siue committen-  
das, siue disseminandas.

Quoad primum fundamentum affero Epi-  
istolam 2.<sup>m</sup> Decretalem Alexandri Papae  
primi, qui scribens ad Ep<sup>os</sup> per diuersas  
regiones constitutos, prope eius Epistola  
finem, cum adduxisset uerba Hieremiae  
cap. 21. Haec dicit Dominus: Iudicate  
mane iudicium, et eruite ui oppremum  
de manu calumniantis, ne forte oriatur  
quasi ignis indignatio mea, et succen-  
datur, et non sit qui exingueat, subdit  
Pontifex haec uerba alloquens Episcopos:  
Vos ergo, qui in summa specula à D<sup>no</sup>  
constituti estis, attendere eos, et opprimere  
oportet, qui in fratres seditiones, et  
scandala excitant, ne simul cum eis  
pereatis.

His conuenit B. Antonius Papa in sua  
Epistola ad Episcopos Boeticae, et Toletanae  
Pro:

Provincia. Si enim non longè a fine  
ait: Ponite corda uestra indesinenter  
in uirtute Dei, et resistite semper mali,  
et enarrate hæc iuxta uocem prophete  
in progenies alteras, quoniam hic est  
Deus Deus noster in æternum, et ipse  
reges nos in sæcula, et subdit: Unde  
uos in specula à Domino estis consti-  
tuti comprimere, et repellere eos sum-  
mopere debetis, qui fratribus insidias  
præparant, aut in eos seditiones, et  
scandala excitant. idcirco nos reprehen-  
dere, et uos ab his auertere oportet,  
quatenus excincta funditus huiusmodi  
caligine Lucifer eis resplendeat, et  
læticia oriatur in cordibus eorum.  
confidimus autem de uobis fratres  
in Domino, quoniam quæ præcipimus  
et facitis, et facietis. quid hæc clarius  
à duobus summis Pontificibus dici  
poterat ad rem nostram stabiliendam?

Sed ne quis arbitretur aliquam à me ad su-  
endum intentum vim inferri citatis Ponti-  
ficum verbis, testem profero Luculentum<sup>us</sup>  
Iure consultum apud omnes. percelebrem,  
nempe Conradum Brunum, qui in egregio  
tractatu. de seditiōibus lib. 4. qui est de  
remedijs, quibus seditiōnes comprimuntur,  
cap. 1. quare ad quos pertineat  
sedare seditiōnes docet n. 1. ad id te-  
neri eos, qui præsunt rebus publicis,  
quod tum facile obtinebunt, si solite id  
agant, ut malis, et seditiosis hominibus  
Prouincia careant, eosq. conquirant, et  
ut quisque deliquerit, in eum animad-  
uertant. L. congruit ff. de officiis Praedis.  
deinde ait ad Praefecti Urbis curam dim-  
id pertinuisse. postea ad Triarchos  
n. u. s. addit idem canonicis constitu-  
tionibus id cautum esse, citatque duas  
Epistolas Alexandri primi, et Aniceti, quas  
s. recensuimus. censeat igr̄ hic auctor

non esse alienum à iurisdictione Ecclesie  
seditiones, ac tumultus compescere, eosque  
comprimere, qui eos excitant. et maiori ra-  
tione id faciat necesse est si seditio fiat  
in Regem. siquidem Principes seculares sūt  
extraordinarij Patres tum Saeculāri, tū Ecce-  
siasticorum, uti colligit ex decretis Martini  
Papae v. Thomas Waldensis lib. 2. doctrinalij  
fidei cap. 8.

Hactenus probatum est ex decretis Ponti-  
ficum auctoritatem coercendi seditiosos  
extendi ad Episcopos. Quod autem eodem  
iure uti possint Inquisitores, ex eo colligo,  
quod decretales, de quibus supra, editae  
fuerunt ante institutos Inquisitores.  
nam Alexander 6<sup>us</sup> sedit in cathedra S<sup>ti</sup>  
Petri anno 1211. Antherus 6<sup>us</sup> anno  
1238. officium autē Inquisitionis coepit ab  
anno 1200. sub Innocentio 3<sup>o</sup> quare non  
est mirum si ipsorum non meminere  
illi Pontifices. ceterum si semel habemus,  
quod causa seditionum cognosci possunt  
ab Episcopis, ut probatū est, seorsim omnino,  
quod cognosci et possint ab Inquisitionibus,  
siquidem ob varia negotia, quibus Episcopi

præpediebantur instituti fuere à Sede  
Apostolica delegati, ut inuigilarent circa ea,  
quæ ad extirpandas hæreses pertinent, cū  
quibus maximam habent cognationem sedi-  
tiones, ita ut Sixtus IV. cognitionem causarū  
super excussione librorum de Religionū ori-  
gine, ea quibus oriri poterant seditiones,  
commendatam uoluerint Inquisitoribus.  
Similiter Paulus III. anno 1542. in Bulla  
cuius initium est <sup>In</sup> Apostolici culminis.  
S<sup>o</sup> officio subijcit præcedendos conciona-  
tores, qui e sacro pulpito propositiones  
effundunt, quæ seditionem concitare pos-  
sunt. Clemens VIII. in instructione in-  
dicis Librorū prohibitorum, iubet ut In-  
quisitores expurgent quascumq. proposi-  
tiones seditiosas licet censuram theologi-  
cam non mereantur. idem præstat  
Alex. VI. in sua Constitutione 8. demum  
hispanicum sanctæ Inquisitionis tribunal  
anno 1632. publicè comburenda curauit  
scripta cuiusdam Fran<sup>ci</sup> Roales, quippe  
apta ad seditiones concitandas, eorumq.  
auctorem omnino puniisset, nisi iste  
maturo fuga sibi consulisset. quare  
nemini

nemini dubium esse potest, quod It<sup>m</sup>.  
Inquisitores possint animadvertere in  
eos, qui seditiones procurant.

Secundum fundamentum, cui supra  
posita conclusio innititur, est connexio,  
quam seditio habet cum haeresi, et occasio  
proxima, quam praebet siue haeresum  
invehendorū, siue disseminandorū. hoc  
autem probari potest per inductionem  
multarum seditionum, quibus haereses  
coniuncta fuerunt. Baronius to. 6. ad  
annum 448. f. m. 58. lit. B. refert id,  
quod habetur in Concilio Constantiensi  
tano 1.º de Luchichete, qui concitavit  
monachos ad seditionem, et sancta Synodus  
ad tutelam ecclesiasticam decrevit sua  
interesse inquirere de tumultibus, quos  
ille machinabatur. Eusebius lib. 5. his-  
toriae eccl<sup>icae</sup> cap. 13. meminit multarum  
haeresum, quae seditionibus admistae  
fuerunt. Egesippus apud eundem Euse-  
bium lib. 4. eccl<sup>icae</sup> historiae cap. 4. refert  
quod Theobutes quidam, quia repulsa  
tulit episcopatus, coepit perturbare omnia  
et seditiones excitare, unde orta sunt ha:

reses Simoniarum, Thebinianonũ, Dosithe:  
anorum, Masbuteanorum, Menandrinor:  
um, Marionistarũ, Carpocratianonũ, alio:  
rumq; nebulonum, qui seorsim schisma com:  
ponentes proprias sectas, et proprios habue:  
re sectatores. ex quibus processere pseu:  
dochristiani, pseudopropheta, et pseudo:  
apostoli, qui in diversas partes fratrum  
unitatem scindentes per corruptelã doc:  
trinae castum Ecclesie cubile macularũt,  
et idem Eusebius loquitur. praeteres  
graves seditiones ortas inter Alexandrũ  
Alexandria Episcopum, et Eusebium Epis:  
copum Nicomediensem, unde multae here:  
ses provenere, prout dicitur in tripartita  
historia lib. 1. c. 17. nihil dico de ijs, quae  
in Africa concitatae sunt tempore Donati:  
starum, et Circumcellionum. Aeneas Silvius  
in historia Bohemica c. 36. et 38. recenset  
seditionem, in qua Duce Zisca nobilissima  
templa, et monasteria deiceta igni con:  
sumpta et penitus devastata fuerũt, et  
nihil non crudelitatis in Catholicos per:  
petratum est. iam vero quod ad auerter:  
dos orthodoxos ab Ecclesie Catholicae com:  
munione

munitione apertissimum sic instrumentum  
seditio, ex eo colligi potest, quod legimus  
in tripartita historia lib. 9. c. 20. et 23.  
ibi enim sic habetur: Tempore quo ma-  
ximus Tyrannus de Britannorum par-  
tibus aduersum Theodosium Principem,  
Romanorum infestabat imperium, ij, qui  
Constantinopoli uersabantur, diuersas  
opinionnes in populo seminantes, dixerūt  
exercitum imperatorem amisisse, et ipsū  
Tyranni duibus subiugatum, aliaque  
multa, quæ solent inimici ex malitia  
iactare, ita ut crebro hæc audientes,  
non uana, aut incerta, sed uera iam  
crederent, eo nimirum animo hæc com-  
miniscentes, ut et catholici de uictoria,  
et potentia catholici Imperatoris des-  
perantes à communionem catholicæ  
fidei desperarent, et hæretici ea spe  
erecti, et firmati constantius in errore  
suo perseverarent, et atrocius catho-  
licos persequerentur, sicut et euentus  
docuit. nam eo rumore Arianorum populus

accensus domum Nestorij catholici Ep̄i  
concremavit. ex quo factis apparet falsos  
rumores sparsos de defectione subditorum  
à legibus, et astrictione exercitiū, et inimi-  
nitione eorum potentia, seditiones exci-  
tare, et ex his deficere catholicos à fide,  
atque haereticos in suis erroribus confir-  
mani, et atrociter persequi catholicos.  
Lutherus, ut passim DD. et p̄sertim Prates-  
lus, referunt, ad disseminandas haereseos  
aliam non inijt viam, quam seditiones  
per Germaniam excitare, unde rustici  
insurrexere in nobiles, et multa hominū  
millia casa sunt, quibus peractis, quasi in  
novalem agrum sibi cumulibus pararet  
errorum semen iacere coepit, quod usq̄  
adēs exercevit, ut Germaniam p̄tine  
universam, aliasque Septentrionis re-  
giones cum ingenti catholica Ecclesia  
detrimento occupavit.

Sed quid ego antiqua recensere, quae apud  
exteros euenere, cum domestica, ear re-  
centia satis suppetant? Animaduerimus  
anno

anno 1678 subortos tumultus in hoc Si:  
cilia Regis occasionem multas praebuisse  
exercendi actus haereticales longe lucus:  
simos. nam in oppido Burgij effracta pu:  
lice fuit Christi & cruce pendentis imago.  
Sanctissimum Eucharistiae Sacramentum  
ad sedandam seditionem expositum, a sce:  
lerrimis fuit lapidibus oppetum, ita ut  
effracta sacra hostia in vitro inclusa, tertia  
ferè illius pars perierit decidentibus cete:  
ris in terram. in oppido Clusa eadem de  
causa in maximam sacramenti iniuriã  
pœnitentia coacti sunt sacerdotes eam  
Ecclesiam in plateis confessiones quasi in  
ludibrium excipere, pernegata decimand  
solutis, aliaque patrata crimina non lon:  
gè diversa ab ijs, quæ Ioës Vicepus hare:  
siarca commisit. Caena facta est conue:  
ratio ad Ecclesiarum, ac monasteriorum  
direptionem ad proscribendos, ac in exi:  
lium mittendos viros religiosos. Saeculae  
ob tumultus non solum atroces Blasphæ:  
miae in Deum Opamii ac sanctissimae  
Virginis integritatem irrogatae sunt,  
sed et haeretica dogmata prolata. pudeat  
me percensere, quæ Patrum oculis nrj

seditionum tempore inspeximus, Sacer-  
dotes s<sup>t</sup> sancin<sup>3</sup> Eueh<sup>a</sup> sacrum gestantes  
minis perterritos adhuc à famellis, reli-  
giosos hortantes ad pacem impetu facto  
repulsos. Simulacrum B. Mariae sacra-  
tissimi Rosarij iniuria affectum, eiecitq.  
eos, à quibus ferebatur. conventiones  
à sicarijs factas ad diripiendas, ac igni  
tradendas regularium domos, atque hos  
è ciuitate expellendos, aliaque praeserta  
quae procul dubio non nisi ab haereticis  
ac infidelibus fieri consueuere.

Ex quibus unusquisq. prudens facile con-  
ijcit id, quod probandum assumpsit, nempe  
cum tumultibus esse conexam haeresim,  
uel eius uehementem suspicionem, eiq.  
occasionem satis amplam praebere ad ea  
perpetranda, quae ad errores contra fidei  
inducendos aptissima sunt. His igr ita  
positis sic ratiocinor. Connexorum idem  
est iudicium c. causam 7. de prescrip-  
c. quanto 3. de iudicijs. et ibi gloss. final.  
c. Translato 3. de const. c. praeterea  
g. de transact. Felin. in d. c. causam n. 5.  
Archid. in c. hortamur dist. 70. n. 2. Paul.  
de Ciudadinis tract. de iur. patr. rubr. 5.  
n. 8.

n. 8. Sed seditio et haeresis sunt con-  
nexa, ergo qui est iudex haeresis, est  
et iudex seditionis. atqui H<sup>o</sup>m<sup>o</sup> Inquisi-  
tores sunt Iudices haeresis, igr et ipsi  
sunt et iudices seditionis. quod confir-  
mari potest ex uerbis Calderini de iud. 4.  
cons. 11. S. quod ait, ubi ait, neminem  
dubitare quod haeresis, et illi connexa  
sint crimina ecclesiastica. minor huius  
syllogismi patet manifestè ex dictis, nec  
objici potest, quod haeresis est quidem  
connexa cum seditione, non autem sedi-  
tio cum haeresi. ais. n. quam plurima  
ex exemplis suprapositis ita se habere,  
ut haereses orta sint ex seditionibus, non  
autem seditiones ab haeresibus. adde ex Con-  
rado Bruns lib. 2. de seditionibus lib. 2. c. 19.  
col. 4. quod tam et si ea, quae inter causas ef-  
ficientes seditionum numerantur (qualis est  
haeresis respectu seditionis) tamen nihil pro-  
hibet quo minus haec ipsa ad finem seditionis  
referrì possint. quamvis gr. interdicti haeresis  
pariat seditionem, nihilominus ipsamet hae-  
resis potest esse finis per seditionem intentus.

Idem dico de occasione, quam seditio praebet.  
Siquidem eiusdem Iudicis est punire inferen-  
tem damnum, ac eum, qui damni dat occasio-  
nem. I. qui occidit S. in hac acione ad Legem

Aquiliam, ubi dicitur in eodem crimine esse eum, qui  
occasionem damni dat, ac eum, qui illud infert  
c. fin. de iniur. et damns dato. Spec. de Iud. § 3.  
ad fin. et in tit. de iniurijs et damns dato § 2.  
Cornelius cons. 36. Barthol. Soc. cons. 156. ea die  
aut satis constat seditiones esse occasionem  
haeresu, seu factoru haereticaliū, unde cum  
occurrit haeresis sic idem <sup>sema</sup> crimen eū haeresi  
et causas ad hanc pertinentes sic Inquisi-  
tionum cognoscere, seq. oīs eosdē posse cognoscere  
causas seditionu.

Non negauerim in haec usq. sediciosos si condi-  
gnam poenam non receperint à S. Trib. es qd  
metus se gerere conueuerit cū reis, posse  
adhuc puniri à Iudice seculari: existimo  
n. uerū<sup>m</sup> ex sententia Felini Abb. Soc. Sen. Decia.  
Martha, aliorumq. quos citat, et seq. Ansaldo.  
de Iurisdic. p. 2. tit. 11. cap. 20. n. 19. et 20. \*

Die 2<sup>a</sup> et si alias non possent Illi Inq. cognoscere  
causas seditionu, ponent nihilominus his tem-  
poribus id p̄stare. ratio ducitur ex S. D. cum  
n. experientia satis docuerit, quod haec praeser-  
tim tempestate seditiones sine causa, et  
ocasio haereticaliū actionum, qui potest pu-  
niri haeresim, factaque haereticalia, potest etiam  
punire ea delicta, quae sunt praecia ad illa.  
ad eum plane modum, quo sicuti Iudex animad-

uertit

\* hi enim assertores  
quod si secularis  
iudex cognoscere  
satis, sibi subdistingue  
ab ecclesiasticis  
nam sanguinis  
ponere non ualens  
non sufficiens  
regne condigne  
nos, nonum posse  
fabricare processum  
arg. cap. 1. de collum.  
de regia. l. praeser-  
necatis iudicium  
3 ff. de praeser-  
cator l. si quis  
miciidii si C. de  
usas. l. si uerū  
men 7 si iisdem  
eodem tit. Dicitur  
sub uerbo reple  
cari in c. de  
criminiū  
cusatione

uerit in eos, qui fabricant monetam, ita et  
in eos, qui instrumenta apud se habent apta  
ad monetæ fabricationem es quia hæc habet  
connexionem cum eiusdem monetæ fabrica-  
tione.

Plura alia argumenta ad hanc rem confir-  
mandam afferri possent, sed quoniam uel ab  
alijs adducta sunt, uel eius conditio censetur, ut  
facile possint eludi, liberos præteres, uberiores  
fortasse allegationem confecturus.

Illud extremis hinc locis notauerim, qd̄ paucis ab  
hinc diebus accidit. Cæterus quidam ex Regno  
Neapolitano Panormū appulsus mendaciter  
sparsit inter populares in urbe Neapolitana  
denus subortas fuisse varias dissensiones,  
et tumultus, ac signanter dixit Hispanis  
milites à Rege defecisse ad partes populi. qua-  
situm fuit an hic possit et puniri à S. Trib.?

Ego censui posse, ea dictus ratione præter  
supra positas, quod de his procul certissimè  
omnino est cognitionem propositionis seditis-  
sorum pertinere ad Inquisitores, ut euidenter  
constat ex Bulla Pauli III. et Alexandri VI.

necon ex instructione Clem. VIII. supra  
citatis. hinc seq̄. euidenter Auctores talium  
propositionum posse puniri à S. Tribunali.  
at u. ea, quæ cæterus ille mendaciter spar-  
sit, continent omnino propositas seditiosas  
siquidem sunt uerba longe apertius ad populum  
excitandum, et commouendas seditiones,  
ergo nulli dubium esse debet, quod saltem ea  
hæc capite ponunt in illud It. Inf. <sup>res</sup> animaduertere. \*

Melchior Baldhuari e Joinesase Tern

Allegazione

Pro

Sancan<sup>o</sup> Tribunale Inquis



11/11/11

11/11/11


11/11/11

11/11/11









573.

ALTES

ORACIONES

Varias

Biblioteca de Santa Cruz

12830





